Ego Indi nomine landeloh perpendens humanae fragilitatis Incertitudinem. res quas priores mei richpold & puobo
Ad monasterium sci galli tradiderunt. & sibi & successorib; suis sub censu quatuor solidorū pacti sunt possidendas.
Easdem ego res ego landeloh A rectoribus ipsius monasterii Adquirens. Iterum potestatiua manu Ad monasterium sci galli
contradidi. hoc ē In affaltrahe. In uuiningon. In tellinghouon. In pubsaba. & in reganesdorf. quae sita sunt In pago
durgeuue. t ut nunc dicitur Zurichgeuue. Ea uidelicet ratione hęc omnia tradens. Ut quousq; ego uixero. easdem
res sub censu unius solidi possidere debeam. Similiter & mater mea. si mihi superstes fuerit effecta. Illa uero de
functa. omnia supradicta loca Absq; ullius contradictione Ad monasterium redeant In aeuum possidenda. hoc
tantum obseruato ut nulli In beneficium prestentur. sed in usus frm̄ ibidem dō seruientiū redigantur. & mancipia
quę tunc post mortem meā t matris meae. In supradictis locis seu Infra curtem. siue In nobis fuerint Inuenta. In ius
monasterii reuocentur. Si quis uero huic cartę contradictor emerserit. quę In lege alemannorū continentur. Ad erariū
regis persoluat. & hęc carta firma & stabilis permaneat. cum stipulatione subnexa. Actum In hoinga. presentib; quorū
hic signacula continentur. Sig landelohi & aduocati eius oadalhardi. qui hanc traditū perpetrauerunt. Sig ruoc
harii. + Herebreht. + Uuolfhere. + Perichker. + Landolt. + Hetar. + Adalbreht. + Adalbern. + Otto. + Pludker.
+ Frehanbreht. + Hetar. + Uualdhere. + Thiotpold. + Reginbreht. + Goldine + Landold. + Reginger. + Egino. + Uuolfhere.
+ Uuolfhart. + Ratker. + Hupreht. + Uuaning. + Cozhelm. + Adalhelm. + Oadal. + Undolf. Ego itaq; Notker scripsi
& subscripsi. Notaui diem quartam feriā. Annū XXX. regni hludouuici. sub ruodolfo comite. VIII ID. FEB.